



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis
Disciplinis & religione Christiana**

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

373. De sanguine.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

teat. Si autem in cœnobio sunt , ducentos psalmos cantent. Qui postea noverit quod tam potum bibit , unum psalterium cantet.

De sanguine.

CCCLXXXIII. Si quis sanguinem aliquis animalis manducaverit , quadraginta dies pœnitentia.

Item ut nullus sanguinem comedat.

CCCLXXXIV. Admonendi sunt fideles ut nullus præsumat sanguinem manducare. Nam in principio , quando homini licentia data est à Deo carnem manducandi , sanguinem interdictum legimus. Ait enim Dominus ad Noë & filios ejus : *Omne quod movetur & vivit , erit vobis in cibum , excepto quod carnem cum sanguine non comedetis. Sanguinem enim animalium vestiarum requiram de manu cunctarum bestiarum & de manu hominis.* Quod non solum in lege veteri sæpiissime inhibitur , verum etiam in novo testamento Apostoli primitivæ Ecclesiæ ex gentibus sub magna deliberatione scribunt ut abstineant se à contaminationibus simulacrorum & fornicatione & suffocatis & sanguine. Quod exponens Hieronymus dicit : *Iuxta litteram , inquit , hæc præcepta convenientiunt omni Christiano , ut morticinum non comedat , tam de avibus quam de pecoribus , quorum nequaquam sanguis effusus est. Quæ necessariò observanda Apostolorum de Ierusalem missa epistola monet. Et captum à bestia , quia & ipsum similiter suffocatum est. Et sanguine , id est , non manducando*

Genes. 9.

Act. 15.